

semina sibi promittat fructu multiplici duplicare? Sed contra me nec immerito derisores insurgerent, qui contractis utentes naribus dentibus subsannarent. Ergo, si hiis rationibus silere non debeo, ut videtis, qui non possum realiter, vocaliter, in quantum vires suppetunt, ad gratiarum assurgens uberrimas actiones⁶⁴ me vobis totum exhibeo, exceptione qualibet relegata. Vel sic: Quero igitur ab omnibus, qui me de invectiva, quam contra Ulricum Polonum composui, forsitan arguere conantur, an contra eum non debui processisse. Sed idem Ulricus mihi suis oblocutionibus detrudere non cessabat. An equanimiter ferre debebam, etsi contra me sue lingue iaculum acuebat, cum mihi propterea officere non valeret? Sed immoderate patientie tolerantia maxima pars ypocrisis perhibetur, et qui de iniuriis sibi illatis non irascitur, homo sensus mortui iudicatur. An aliter debui procedere contra ipsum? Sed rationis mihi calculus suadebat, ut armis me similibus defensarem et illatas iniuste propulsarem iniurias, ut ignorans argumentis probaretur veridicis, qui me non est veritus appellare falso tamen multotiens ignorantem. Quare merito? Quippe merito dampnum luat, si stulte contra stimulum calcitravit⁶⁵ et non timuit melioribus derogare, attendens quod in os proprium recidit sputum, quod emittitur supra capud⁶⁶.

Nona decima est gradatio, in qua non ante ad consequens verbum descenditur quam ad superius ascensum^t est⁶⁷, hoc modo: *Rethorica est enim illa scientia, que perspicaci docet industria, qualiter aliquis debeat invenire, inventa disponere, disposita ornare, ornata recollere et commemorata narrare⁶⁸.*

t) ascensum *Hs.*

Naturae IX 31 (H ä r i n g S. 843); ders., Anticlaudianus VIII 58 (Alain de Lille, Anticlaudianus ed. B o s s u a t (1955) S. 174) und Petrus von Prezza, Brief 7 (E. M ü l l e r, Peter von Prezza, ein Publizist der Zeit des Interregnums (1913) S. 123).

64) Dieselbe Wendung in Heinrichs Briefsammlung. Siehe P e t r o v S. 123* Nr. 201.

65) Die Redewendung ist bereits antik: Terenz, Phormio I 2, 28: *adversum stimulum calces*. So zitiert auch bei Charisius, ars gr. IV und bei Diomedes, ars gr. II (K e i l, GL I (1857) S. 276 und S. 462). Unmittelbare Vorlage für Heinrich ist aber wohl Act. 9, 5: *durum est tibi contra stimulum calcitrare*. Siehe auch Isidor, Etym. I 37, 28: *contra stimulum calces*, dum significatur adversis resistendum.

66) Vgl. den wohl erfundenen Brief Karls I. an Peter von Aragon, Petrus de Vineia I 38 ed. I s e l i n 1, S. 223: *Sputum misisti in coelum, ipsum in faciem tuam cadit*.

67) Vgl. Rhet. Her. IV 34.

68) Entnommen einem Brief Heinrichs an seine Prager Schüler. E m l e r S. 1125 Nr. 2591. (Umschreibung der antiken officia oratoris: inventio – dispositio – elocutio – memoria – pronuntiatio. Vgl. Cicero, De inventione I 9 und Rhet. Her. I 3).